

CAPVT VI.  
DE  
INSCRIPTIONIBVS.

Σύνοψις.

In inscriptionibus not.

- I. Natura ac indoles. I.
- II. Diuersa genera. dantur enim
  1. veteres
  2. nouæ inscriptiones. II.
- III. Stilus, quo veteres plerumque vtebantur. III
- IIII. Adminicula: eo pertinent
  1. viuida mentis indoles.
  2. lectio quorundam præceptorum
  3. imitatio ad exempla præstantissimorum virorum instituenda. IIII.

I.

**I**nscriptio est illud scribendi genus, *Inscripti-  
onis ratio.*  
quod carmen inter & orationem in  
medio quasi est positum, \* simul-  
que elegantem \*\* ac concisam, in  
primis perspicuam \*\*\* amat dictionem.

\* Cum oratione hanc perpetuo confor-  
mitatem habet inscriptio, quod vtraque nullo  
vnquam alligatur metro. Interim ex poetis  
simul, eorumque lectione verba ac epitheta  
rebus multum addentia roboris & pulchritu-  
dinis, sublimiores metaphoras & periphra-  
ses haud iniucundas in vsum nostrum conuerti-

Q 3

mus,